



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Providentia in iis, quæ ad Generalis Pfficium pertinent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

canda sunt; ut alii quicumque exinde solvantur ab obligatione Missarum ob elemosynas receptas, recipiendas. ve celebrandarum. *m C. 12. D. 8.* Demortuo autem Generali, qui sunt in eodem loco Sacerdotes, quinque Sacrificium Missæ offerant; & reliqui totidem Coronas recitent: in aliis autem locis per universam Societatem, tria Sacra Sacerdotes facient, & reliqui tres Coronas dicent. *n Off. Vic. §. 2.* Præter hæc Sacra, precesque, in nostris ubique Templis Officium Defunctorum dicendum, & solemne Sacrum cum Exequiis, cui privata sua adjungent eadem die Sacerdotes, & reliqui Coronam. *o C. 7. D. 5. & C. 12. D. 56. §. 5.*

S E C T I O II.

De Providentia in iis, quæ ad Generalis officium pertinent.

Quid si inutilis sit effectus.

p C. 1. D. 48. I. **Q**uinta est: si accideret, ut valde remissus esset in rebus magni momenti, ad Præpositi Officium pertinentibus, & inutilis ad gubernationem Societatis, propter corporis gravem ægritudinem, aut senium (non autem ob voluntariam incuriam) *p* spe emendationis ea in parte sublata. Tunc enim Vicarius, qui Generalis officio, fungatur, est eligendus ab

ab ipsomet Præposito, cum approbatione Provincialium; ad quod excitandus est ab Assistentibus: si verò nequeat, aut renuat, eligendus est Vicarius, juxta formulam eligendi ipsum mortuo Generali; & monenda Societas de statu Generalis, ut ipsa deliberet quid facto præterea opus sit. ¶ Vicarium cum pleno, & libero exercitio potestatis, & jure successionis, elegit Congregatio XI. & electio Pontificio diplomate munita fuit. ¶ De hac substitutione redibit sermo, cum de officio, & electione Vicarii agetur. Quamquam si Patres congregati ad plura medietate suffragia judicarent non eligendum Vicarium: videntum erit pari suffragatione, an præter Ministros illos, quorum opera Generalis utebatur, alios providere Societas debeat; ut sublevato Præposito, nihil ad gubernationem conveniens desideretur. ¶

2. Sexta, & postrema occasio contingeret, si (quod spes est Deum nunquam permitturum) Generalis aliqua peccata mortalia in externum actum prodeuntia commisisset; ac nominatim vulnerare quemquam, ex redditibus Collegiorum aliquid ad proprios sumptus assumere, vel cuivis extra Societatem donare, vel aliqua stabilia bona Domorum, aut Collegiorum

qP 8 c. 4. A. &
P. 9. c. 4 § 6.
& c. 5. §. 6. &
D. & C. 8. D.
28. 29. & F.
Con. Gen. §. 1.
& 56.

¶ C. II. D. 1. 2.
& 4. & 6. 7. 8.
& 29.

¶ P. 9. c. 5. §. 6.

Quæ causa sufficiant ad ejus depositionem.

rum alienare, vel pravam doctrinam habere.

*Methodus in eo
iudicio servan-
da.*

3. Si quid ergo horum accideret, potest, ac debet Societas eum officio privare: & si opus est, à Societate remove; aut si delictum non eò pertingeret, sed tantum corrigendus videretur; iudicio quatuor, aut quinque, quæ correctio conveniat, statuendum. Duo tamen advertenda, 1. quoniam qui curam tam universalem aliorum habet, est magis obnoxius calumniis; probationes dictorum defectuum debent esse efficacissimæ. 2. Cùm ad talem ferendam sententiam convocanda sit ab Assistentibus Congregatio Generalis (nisi, ut in re divulgata, ultrò ad eam venissent Patres) quoad fieri potest, curandum est, ut dissimulentur causæ ejus Convocationis; & si privandus officio Generalis fuerit, secretò monendus, ut eo ultrò se abdicet; & seriò imponenda omnibus rei consciis secreti fides. Quomodo autem in prædictis casibus monenda sit Societas, quomodo convocanda Congregatio Generalis & convocata dirigenda, partim in Form. Congr. Gen. partim in Officio Assistentium exponitur.

1 P. 9. c. 4. §. 7.
& C. D & c. 5.
§. 4. 5. & B. C.
& For. C. Gen.
§. 1. & 55. & R.
Assist. 3.